Compl.
30232



# Legende ſanctoꝝ Adal-
# berti. Staniſlai. Flo
# riani īclyti regni
# polonie patrono
# rū: ac de tranſla-
# tiōibus eoꝝ. ī for
# ma lectionū bre-
# uiter ordinate. ꝓ
# ſimplicibus predi
# catoribus verbi
# dei ꝑutiles.

220066 I
BIBLIOTEKA ŚLĄSKA MF

# Lectiões de sancto adalberto martire ⁊ pontifice. Lectõ. j.



Adalbertus Pragensis Epus ſanctiſſim⁹. ⁊ martir victorioſiſſimus ex gēte bohemica ꝓmaria ⁊ ducali ſtirpe. ⁊ chriſtiana ortus patre noīe Slawnik. matre Strzeziſlaua vulgari Bohemico nucupatis. Qui ſicut illuſtres genere, ſic et celebres noībus ⁊ fama virtuoſe conuerſatōis claruerūt. Qui genito ex ſe filio elegātiſſimo vulgare nomē gētis ſue Woyciech in ſacro baptiſmate imponūt. deinde latino ſermone Albertus eſt noīatus. Parentes elegantia filij plurimū delectati applicare eū pre alijs magnificentie ſeculari diſponebāt. ſed omīps deus qui quos vult in ſanctos eligit errorē parentū pena debita mulctauit: nā venter pueri ex infirmitate graui intumeſcens: vultus eius decorē abſtulit ⁊ in piculo mortis poſuit eundē: qua ex re parentes eius nimiū turbati. cordeqꝫ ꝯpūcti: a ꝓpoſito animū reuocantes: ⁊ ad templū puerulū defferentes altari virginis Marie ſupponūt vouentes ꝙ ſi vixerit deo ⁊ beate Marie eūdē offerēt ad ſeruiendū. ⁊ ſtatim puer priſtine reſtituit̃ ſanitati ⁊ pulchritudini. Tu aūt. Lectio. ij.

Adalbertus puer elegantiſſimus ꝓficiebat etate ⁊ ſapīa litteriſqꝫ a puericia tradit̃ imbuendus: ⁊ tādē in lege dñi fuit eruditus. nec domū parentū eſt egreſſus donec pſalteriū didiciſſet. ꝓ addiſcendis itaqꝫ artibus liberalibus miſſus eſt ad quēdā Archiepm virū vita ⁊ doctrina preclarū noīe Adalbertū ſuis parentibus bene cognitum ⁊ affectū. Archiepus magna caritate ⁊ pio fauore puerū ſuſcipiens ſacroqꝫ crīmate eundē ꝯfirmās Adalbertus nomē ſuū ei impoſuit. ſcoliſqꝫ tradidit. qui ſpūſctō illuſtratus qcqd legebat tenaci memoria re

tinebat ſtudio diligentius vacans: ludos pueriles fugiebat. ſi aliqñ magiſter aberat. alijs ludentibus ipſe lectionẽ repetebat: ſcolãq; viſitans: deo ⁊ beate Marie virgini laudes pſoluebat: ⁊ ad ſcolã rediens lectionẽ repetebat: aliqñ nec verbũ repetende lectiõis ſciebat: ⁊ verberibus a magiſtro caſtigatus dicebat dimitte me iã legã dimiſſus legit vt debuit: ⁊ inter verbera magiſtri interpellans dr̃ tribus linguis fuiſſe locutus: qui de nocte paupes viſitans eis largas elemoſinas faciebat: ex his que ſibi in auro ⁊ argento a parentibus copioſe mittebãt.

☞ Lectio. iij.

ADalbertus a puericia pudicitiã amplectens eã fideliter cuſtodiuit: ad cuius preconiũ ptigit quadã die dum iret de ſcolis: vnus de socijs ſuis pretereuntẽ puellã humo pſtrauit: ⁊ cauſa ludi eũ deſup piecit pfeſtim pterritus ſurgens cũ rubore magno: virginitatẽ ſe amiſiſſe putabat: ⁊ lacrimãs: digitoq; facti auctorẽ indignanter demonſtrans: hic me inquit nubere fecit: qd̃ plurimi audientes aiebant: o quã beatus erit puer iſte: in cuius pectore iuſticia patris ⁊ matris pietas cognoſcunt: aſſerentes digne talẽ filiũ de talibus pentibus eſſe ortũ: toto nanq; ſtudij tpe nõ vana pueriliaq; ſectatus: ſed oratiõi ⁊ deuotiõi vacans: pietatis opa in afflictos exhibebat: Deniq; in ſcientijs ſufficienter inſtructus mortuo archiepo ⁊ magiſtro ſuo Odone ad curiã impatoris tranſeunte redijt iuuenis Adalbertus bohemiã ad parẽtes ſuos qui pragã adueniẽs ſub dithmaro Epo pragenſi bonã; miliciã chriſtianã militaturus arma aſſumpſit: ⁊ ob vite ſanctitatẽ morũq; honeſtatẽ: fame opiniõe apd̃ cũctos ſpectabilis habebat: breui aũt tpe labente Epus Prageñ grauiſſime infirmatus ſancto Adalberto ⁊ pluribus aſtantibus vitã ſuã vicioſam deplorabat. heu iquit pdidi dies meos. o fallax ſeculũ ⁊ caro putrida decepiſtis me: tñ vtrũq; ſcelus meũ veniã apud deũ facile iueniret niſi ſcelera ſubiecte: plebis p me minie correcta aggrauarẽt. ve ergo mihi quia tacui: hoc eſt qd̃ doleo ⁊ dolebo ineternũ ⁊ mortuus recta via pficiſcar in infernũ: ſic lamentãs cito morit: timuerunt hoc audiẽtes ſanctus Adalbertus pſertim tũc miles delicioſus: nocte ciliciũ induit cinere caput aſpgit ſingulas eccleſias circuit ſe ⁊ ſtatũ ſuũ dñ͂o pmendabat ⁊ paupib⁹ que habuit diſtribuẽs mũdũ totaliter deſperit. Tu.

☞ Lectio. iiij.

ADalbertus cũ ob vite ſanctitatẽ fama celebris apud eos haberetur: ⁊ dñ͂i canonici ⁊ comites ad principẽ Bo

bemie Boleſlaũ ſcõm: pro epiſcopo eligẽdo non longe ab vrbe Pra-
genſi cõuenilſent ⁊ inquiſitiõe facta omẽs celitus inſpirati Adalbertũ
indigenã epiſcopũ acclamant. Die etiã electiõis eius quidã obſeſſus
ad ecclĩam Pragenſem deportatus clamabat ſe Adalbertum timere:
qui in hac ſeſurus eſt ſede. ⁊ nõ audeo ibi manere: vbi ipſum audiero
eſſe. Et horride clamans hominẽ ſanũ dereliquit. Fit cũctis leticia de
ſancti Adalberti electiõe. Conſecratus eſt aũt in epiſcopũ. Anno dñi
9.6.9. Jn feſto aũt apoſtolorũ Petri ⁊ pauli in equo humili ſedens:
non freno deaurato ſed capiſtro de canapo facto ipſum regens: ꝓpe
Pragam venit. vbi calciamẽta deponẽs nudis pedibus vrbẽ intra-
uit. quẽ dux cũ clero ⁊ comites cum populo ꝓceſſionaliter honorifice
ſuſcipiens in ſede põtificis collocauit. Cũctis diebus ſui epiſcopatus
officiũ ſibi cõmiſſum fideliter exequebat̃. Omnes ꝓuentus eccleſie in
quatuor partes diuiſit. Unam ꝓ eccleſie neceſſitatibus. Alterã ꝓ vſu
canonicorũ. Terciam paupibus. Quartã ꝓ ſe ⁊ ſuis neceſſitatibus
retinebat. Omĩ die feſto plures paupes quottidie vero duodecim ad
menſam paſcebat. Jnfirmos ⁊ in carcere poſitos frequẽter viſitans:
eis neceſſaria miniſtrabat. Corpus ſuũ ieiunijs/vigilijs/abſtinentijs/
macerabat. Similit̃ nuda humo dormiebat. lapidẽ ꝓ cuſſino capiti
ſupponebat. A completorio vſqꝫ ad primã nemini loquebat̃. Dicta
ꝑma cauſas ecclĩe recte iudicabat. Jnfra miſſaꝫ nõ loqͣbat̃ alicui. poſt
miſſaꝫ aut legebat aut laborabat ⁊ tp̃s vtiliter expẽdebat Lectio v

ADalbertus pſul zelantiſſimus cuꝫ ſuper gregem ſibi cõmiſſum
diligẽter vigilaret. ⁊ grex paſtoris voce contẽpta ꝑ abrupta vici-
orum incederet. videns ſe in eorũ ꝓcurãda ſalute operam pdere. luctu
amariſſimo deflet eorũ pctã: ⁊ ſalubri vſus conſilio deliberat locum
⁊ gentem deſerere ſpecipue ꝓpter connubia clericorũ. plures vxores
vni viro copulatas. ꝓpter chriſtianos iudeis venditos. Cui chriſtus
apparens dixit. En ego vendor ⁊ tu dormis aſſerens in chriſtianis ſe
venũdari. Arrepto itaqꝫ itinere Romã venit: ⁊ inobedientiã Bohe-
morum apl̃ico declarauit. qui a cura paſtorali abſolutus. pauperem
vitam ꝓ chriſto ducens. pecuniã quã ſecũ tulerat paupibus errogauit
Sepulchrũ etiã dñi viſitare deliberãs. pecuniã quã imperatrix ei ꝓ via
obtulerat in vſus pauperũ diſtribuit. tribuſqꝫ ſocijs cõtentus famili-

am ad patriā remiſit. Iter ceptū ꝓſequēs ad monaſteriū mōtis caſſi-
ni venit. Ibiq̃ ad religionē ſe ſuſcipi poſtulauit: abbate eiuſdē mona
ſterij cōſulente Romā rediit: ⁊ diſpēſatiōe pape in monaſterio ſctōꝝ
Alexij ⁊ bonifacij in die cene dñi: cum Gaudentio germano ſuo habi-
tum religionis humilit̃ ſuſcepit. Anno dñi. 989. Hoc videntes duo
ſocij abierūt. Lectio vi.

ADalbertus religioſus factus adeo
hūiliauit ſemetipſum ꝓpter chriſtū vt in vſus coquine: ⁊ lauan-
dum fratrū manibus: aquam ꝓprijs humeris deportaret: ⁊ neceſſa-
ria coquine ꝓuideret. ⁊ vtenſilia mūdaret. Die quadā dum vinū fra-
tribus portaret: diabolus humilitati eius inuidēs offendiculū pedi-
bus eius parauit. ⁊ ſancto ad terrā cadente vas ligneū frangit̃ vinum
tamē nō effundit̃. Filiū etiā p̄fecti vrbis manu tangēs a febre curauit.
Miſeratus tandē eccl'ie pragen̄ viduate archiep̄us Maguntin̄ apō
dñm aplicum obtinuit: q̄ paſtor ad oues reuerteret̃. hac conditiōe vt
ſi grex a conſuetis malicijs recedere nollet. ille a ſui gregis cuſtodia li-
ber eſſet. Qui monaſteriū egreſſus Pragā ingrediēs a clero ⁊ populo
honorifice ⁊ gaudēter ſuſcipit̃: ſpondet oīs ad preceptū preſulis vi-
tam emendare: ſed in breui ad peiora ꝓlapſi quandā feminā de adul-
terio accuſatā: ⁊ ꝓ ſecuritate vite in monaſterio ſanctimonialiū p ſan
ctum adalbertū incluſam vi extrahere conabant̃. Quibus preſul occu
rens dixit. Si me queritis: ecce aſſum. cui crudelior ex illis reſpōdit.
vana eſt ſpes martirij tui ſed in parētibus tuis vlciſcemur. Poſt illa
miſera ꝓditur ⁊ capitali ſententia punitur. Plangit paſtor de grege
morbido: nulla ſigna ſalutis in eis ꝓſpicit Romā redit: ⁊ in ſuo mo
naſterio cū Gaudentio recipit̃. Tu aūt. Lectio vij.

ADalbertus ob vite ſanctitatē monachis chariſſimus: diuinitus
illuſtratus duos ordines: vnū candidū alterū purpureū deū lau
dantes in celo ſibi oſtenſos cōtemplat̃: ⁊ q̄ inter vtroſq̃ locū eſſet ha-
biturus aſſecurat̃: His temporibus Otto tercius Rome imparator
coronatur: hic deū diligens ex corde: cum ſancto adalberto de ſalute
cōferebat auide. Interea archiepiſcopus Magūtinus qui cū impa-
ratore Romā aduenerat a ſum̄o pontifice obtinuit. vt preſul ſanctus
Bohemis redderet̃. Triſtat̃ q̄ clauſtrū egredi cogebat̃: cōſolabatur
tamē q̄ ſi emendā in ſubditis nō cerneret: poplis a fide chriſti alienis

auctoritate ap̄lica p̄dicare poſſet. De Roma p̄ Maguntiā tranſiens
ibiq̄ʒ ad tēpus degēs cū imparatore ſalutaria cōferebat. Noctibuſq̄ʒ
cōſurgens: ſingulorū calciamēta detergens caligaſq̄ʒ lauans ⁊ exicans
loco ꝓprio collocabat. Interim Bohemi: parantes ſancti et cogna-
tos, quatuor fratres eius ⁊ filios ⁊ filias eorū ſeuo gladio occidūt bo-
na eorū predātes: ciuitates ⁊ villas igne conſumūt. viſione autem ſibi
oſtenſa diuinitus: ꝙ in breui eſſet p̄ martiriū glorificādus imparatori
rem pandēs ⁊ cū fletu valefaciēs receſſit. Poſtea ſctūs pōtifex anteꝙ̄
Pragam veniret: p̄ nuncios interrogat ſi Bohemi ipſum recipe vel-
lent. Ipſi eū renuunt aſſerētes eū ſanctū ⁊ ſe peccatores: ꝙq̄ʒ taliū co-
habitatiōes ⁊ cōſortia nequeūt adunari. ⁊ quia aſtute agens ideo eis
preſidere vellet vt mortē ſuorū in eis vindicare poſſet. Quod antiſtes
audiens totus exhilaratus ⁊ ex corde ridens gaudebat ſe iam liberuʒ
a cura paſtorali Bohemorum. Lectio viij.

Adalbertus iam liberior effectus: ad gētes idolis deditas iter di-
rigit. Primū aūt vngariā adijt: ibiq̄ʒ innūerabilē populū verbo
p̄dicatiōis ⁊ miraculis ad fidē chriſti cōuertit. Idolūq̄ʒ qđ apud eos
ſupremū habebať a quo etiā reſpōſa accipiebāt aſtantibus ſacerdoti
bus idoli: innūeraq̄ʒ multitudīe populi: ac tantā conſtantiā admiran
tibus face accenſa cōcremauit. Cūq̄ʒ pagani polonie vicini eius p̄di-
cationē ſuſcipe nollent: ⁊ eū a finibus ſuis expuliſſent: Metropolim
eorum Gneznam adire decreuit. Et p̄ Gracouiā vadens: ibidē in lo-
co vbi nūc nomini eius dedicata habeť eccl̄ia in medio ciuitatis: bo-
hemice pluries predicauit clero ⁊ populo valedicēs: ab eis lacriman-
tibus deduciť. ad Gneznaʒ vadens in oppidis ⁊ villis p̄dicabat. Et
in duabus villis viā ab eis interrogans ſibiq̄ʒ reſpōdere nolentes: pe-
na mutitatis mulctauit. In tercia villa pagani ſancto benigne ſuſce-
pto viam oſtēderunt: ⁊ angelo duce Gneznam vrbē famoſam ⁊ poten
tiſſimā p̄uenit ⁊ ad forū cōtinue p̄gēs mltitudini q̄ aderat chriſtū p̄di
cauit ⁊ mltos cōuertit. Fama facti diffuſa ad illos p̄uenit q̄bus ſctūs
loq̄laʒ abſtulit Qui gnezne p̄dicantē iuenietes: pedibꝰ eius ꝓuoluti nu
tibꝰ ⁊ fletibꝰ veniā poſtulabāt. Quibꝰ benigne ſuſceptis: lingue officiū
reſtituit: in fideq̄ʒ inſtructos baptizari mādauit. Sicq̄ʒ ab illuſtriſſi-
mo Boleſlao Chabri honorifice ſuſceptus: ⁊ mortuo tunc F oberto

Gneznen̄ archiepiſcopo eiuſdē ducis cleri ⁊ populi p̄cibus ⁊ lachri-mis emolitus archiepiſcopatū ſuſcepit. Polouieqȝ euangeliū chriſti predicans magnā eius partē miraculis conuertit: ⁊ velut alter apl'us in fide chriſti fundauit. Tu aūt. ☞ Lectio ix.

ADalbertus zelo martirij ſucceſus ad Prutenos idolatras adire deliberauit: ⁊ ſede Gneznen̄ relicta: fratreqȝ ſuo germano Gaudentio ꝓ ſe archiepiſcopo Gneznen̄ ordinato. cū eodē ⁊ fratre benedicto receſſit: ⁊ a duce Boleſlao cōductu honeſto ſibi dato: ad ciuitatem Gdanſk ꝑuenit. vbi ad p̄dicationē eius multe turbe fidem ⁊ baptiſmū ſuſceperūt. Poſt hoc vir beatus: nouis filijs valedicēs in breui cōſumaturus naui imponit: ⁊ ꝑ pelagū dictū Hab ad vlteriorem pruſſiā cū ſocijs ꝑducit̄ nauēqȝ remitit gratias agens: ⁊ ad quandā inſulam nauigio ꝑueniens chriſtū incolis p̄dicauit qui pugnis eū ꝑcutientes turpiter expulerūt. Ibi a quodā remo inter ſcapulas grauiter ꝑcuſſus in terrā cecidit exultans ⁊ ridens. ꝙ iam vnum ictum ꝓ dn̄o ieſu ſuſtinuit. Pertranſito fluuio ad quandā villā cū ſocijs intrauit: Quē pagani cōgregati interrogāt. Quis es vnde ⁊ quare huc veniſti. Reſpōdet ſctūs. Bohemus ſum. Adalbertus vocor. quondā epūs. nunc ad vos miſſus vt ydola deſerentes veſtrū agnoſcatis creatorem verum deū eſſe: ⁊ in eū credētes vitā habeatis eternā. Qui deū blaſfemantes. fuſtes capiti eius apponētes: mortē minant̄ niſi cito recederet. In ipſa nocte naui cū ſocijs impoſitus effugatus eſt: manſerūtqȝ in vno loco quinqȝ diebus. Fraterqȝ Gaudētius cernit viſionē ꝙ coram ſancto miſſam eſſet celebraturus ⁊ ei eucariſtiam miniſtraturus. Mane inde ꝓcedūt ⁊ ſiluas exeuntes ante meridiē in campeſtria ꝑuenerunt. Vbi gaudētio miſſam celebrāte: ſanctus viaticū deuote ſuſcepit: deinde cibum ſumētes gratiaſqȝ agentes: vlterius ꝓcedunt ⁊ fatigati quieſcūt: Irruentes vero ſuper eos barbari: omnes ligauerunt: quos ſanctus antiſtes conſolans. aſſerebat cōſolatoriū eſſe ꝓ chriſto talia ſuſtinere. Hoc eo dicente ſacerdos idolorū de turba exiliens: iaculo penatralia cordis eius tranſfixit. Ceteriqȝ ꝓſequētes ſanctū diuerſo vulnere cōciderūt. Ipſe vero cōſtanter mortem ſuſcipiēs oculis ac manibus in celū erectis ꝓ ſua ſeqȝ vulnerantiū ſalute deum orauit. Septem itaqȝ magnis vulneribus de lanceis cōfoſſus: cū eſſet a vin-

culis ſolutis manus in modũ crucis extendẽs in terrã cecidit. Sicqꝫ anima eius ſanctiſſima cũ martiribus ⁊ virginibus premianda celos cõſcẽdit. Adhuc furẽtes corpus ſancti in fruſta cõcidũt: ⁊ capite amputato paloqꝫ infixo in iniquitate ſua gloriant̃. Paſſus eſt ix. Kalendas Maij. feria vi. Regnante dño no.ie.chri. qui cũ pa. ⁊ ſpũſancto

¶ Poſt mortẽ digittus eius cadẽs in aquã a piſce deuoratus eſt. Ad initar ardentis candele de ventre piſcis rutilabat. Quẽ capientes ⁊ exenterantes digittũ radiantẽ de ventre piſcis exceperũt. Sanctus Adal ertus epũs vixit 28. annis. Anno dñi. 969. conſecratus. Et. 997. martiriſatus Ottone tercio impante. Hic Otto tercius meritis ſancti adalberti ab infirmitate ſanatus: Gneznã pſonaliter ad ſepulchrũ ſancti Adalberti venit. Et duci polonorũ Boleſlao Chabri coronam regalẽ cõtulit: ⁊ a ſubiectiõe imperatoris ppetuo liberauit.

## Lectiões de ſancto Staniſlao epiſcopo ⁊ martire ꝑm legẽdã; Lectio i



Staniſlaus Epũs Cracouienſis: beatiſſimus ⁊ martir inuictiſſimus ex Polonorũ gente, prouincia Cracouienſi villa Scepanow oriũdus extitit. Et nobilibus parẽtibus patre Vyelſlao: matre vo Bogna. vulgari polonico nomiatis ſterilibus tñ. Qui in matrimonio commorãtes. licet virtutibus decori. in deũ deuoti: in paupes liberales ſibiipſis auſteri. ꝓximis benigni extitiſſent: diuino tamẽ iudicio licet oculto ꝑ triginta annos prole caruerũt. Qui ſancte Marie magdalene ſupplices effecti eius nomini in prefata Scepanow vbi mora-

bantur eccl'iam cōſtruxerūt in qua deuotioni vacātes lachrimoſis ſuſpirijs orōibus cōtinuis frequētioribus ieiunijs ⁊ pietatis opibus vacantes ob merita ſancte marie Magdalene. heredē ſibi diuinitus donari humilit̄ efflagitabāt. Quorū vota deus ex alto ſuſcipiēs: gratioſe cōceſſit. ꝙ Bogna deo placens cōcepit: ⁊ decurſu tp̄is abſqꝫ obſtetricum adminiculo filiū pulcerrimū ſana peperit. ⁊ ipſa lauit ⁊ ad prefatam eccl'iam defferens baptiſandū obtulit. Cui baptiſato nomē Stanislaus imponit̄. ⁊ ipſo nomine gratie dei ſtabilimentū deſignat̄ in eo (futurū

☞ Lectio ij.

Stanislaus igit̄ gratiā baptiſmalē integraꝫ vſqꝫ in finē vite cōſeruans eadē directus diuinitus: etiaꝫ ſuis parētibus celibem vitā obtinuit. Nam poſt generatū filiū. voto cōtinentie ſe cōſtringentes: tota vita ſua in caſtitate deo famulabant̄. Mater ꝓprijs papillis filiū Staniſlaū alebat. pater vero in collato ſibi filio vt pote ſpūſſancti habitacl'o iocūdabat̄ ⁊ in amplexu oſculoqꝫ ipſius delectabat̄ gratiam dei in infantulo patentē parētes eius admirabant̄. puer ſtratū mollē deſeruit veſtitus in nuda humo aut palearum ſtramēto cubitauit. Qꝫ primum autē etas patiebat̄ Staniſlaus a parentibus tradit̄ litteris imbuēdus. vbi nō ſegniter agens: ea que pro captu puerili ſibi tradebant̄: tenaci memoria retinebat. cuius mores in etate tenera oīes fuere. modeſti/verecūdi/ ⁊ ab oīi laſciuia depurati. vt puer ſanctus nec iocari nec riſiſſe vnq̄ꝫ viſus ſit. ⁊ nunq̄ puerilia. ſed virilia verba loquebat̄ ludos pueriles ꝑhorrēs: alijſqꝫ ludentibus ipſe orationi vacabat. Et q̄ cūqꝫ de voluntate parentū habere poterat paupibus liberaliter errogabat.

☞ Lectio iij.

Stanislaus itaqꝫ grāmaticalibus rudimentis inſtructus: adoleſcentiam adeptus Gneſnenſe ſtudiū adijt. ibiqꝫ altiori ſtudio vacans quinquēniū exegit: tanta inſuꝑ modeſtia adoleſcentiā cōpoſuit oīes laſciuias oīa corporis blandimēta viriliter reſtrenans. vt non exiguā expectationē daret aſpicientibus de ſe future ꝓbitatis. Tandē alcioris ſtudij deſiderio flagrans parētibus cognatiſqꝫ cōſentiētibus ⁊ que tanto itineri ⁊ more diuturne ſufficerēt liberaliter cōferentibus. In pariſius Galliarū vrbē ſe ꝓtulit atqꝫ in diuiſo canonicoqꝫ iure ſedule ſtudēs ꝑ ſeptēniū quo in ibi morabat̄ tm̄ in eis ꝓfecit vt dignus doctoratu apd̄ eiuſdē gymnaſij graues viros reputaret̄ ⁊ ad hoc ꝑ eoſdē

moueret. At ſtaniſlaus doctorat⁹ inſignia paruipēdēs: maluit in humilitate pſiſtere q̄ honore alios excellere. In hūilitate itaq̧ fundatus cūctis virtutibus claruit: virginitatē ppetuā cōplexus: ob ipſius fidā cuſtodiā carnē macerabat: feminarū cōtubernia vitabat: eamq̧ ad finem vite cōſeruauit illibatā. Rediens in Poloniā non paruā in libris bibliotecā ſecū detulit: ex qua plurimū ingenio radiauit ꝛ facūdia ad mirādus extitit. Et parētibus eius iam defunctis iu bonis eorū ſuccedens: paupibus diſtribuit. ☞ Lectio iiij.

STaniſlaus apud plurimos ob virtutū eius merita fama vulgatus: ab epiſcopo Cracouieñ Lamperto accerſitus eſt. Quē moribus decoratū ꝛ gemina ſcientia illuſtratū intelligēs canonicū Cracouienſē ſine mora iſtituit. Qui inter clericos eccl'ie vita morib⁹ ſciētia velut ſol refulſit. Monitu epiſcopi ſacros ordines ſuſcepit. ꝛ preſbiter factus de mādato eiuſdē officiū p̄dicatiōis ſibi impoſitū humilit̄ ſuſcepiens digne exercuit. qua plures in amorē dei accēdit. Nam doctrinā ſuā ſancta cōuerſatiōe cōfirmauit. inſiſtens ieiunijs orōibus. lectionibus meditatiōibus. cōtemplatiouibus ꝛ in his latere ſtuduit. Cupiebāt epiſcopus vt pote ſenex Staniſlaū in epiſcopatu ſibi ſuccedere. vt in tanto releuaret̄ onere: Staniſlaus tñ nullo mō cōſenſit: ſed lectioni p̄dicatiōi expeditiōi cauſarū matrimonialiū vacādo. pluriū q̄ſtioones abſoluit: ꝛ cōſcientias ſerenauit. Lamperto Cracouieñ epiſcopo morte ſublato: eiuſdē eccleſie p̄lati ꝛ canonici in vnū cōuenietes diuinitus inſpirati: neminē Staniſlao pōtificatu digniorē decernentes vnanimiter hūc elegerūt: ad hoc p̄ſbiterorū nobiliū ꝛ ciuium vota acceſſerūt: ꝛ vir p̄cibus ꝛ fletibus multorū pulſatus. ne diuine volūtati contradicere videret̄ humilit̄ cōſenſit. Et anno etatis ſue 36. epiſcopatū ſuſcepit: ꝛ ab alexandro papa ſc'do cōfirmatus fuit. ☞ Lectio v

STaniſlaus in epiſcopatū cōſecratus mox virū alterū induit humilitatē prius habitā non dereliqt. ſed quo ſublimior dignitate: tanto reputatiōe apud ſe vilior extitit. Veſtis eius ſimplex: omē ſtatum excludens ꝛ nitorē. ꝛ quia penitentiā p̄dicabat: penitētie veſte indutus erat: horrēs mollia dura amplectens. carnē nāq̧ cilitio ieiunio ꝛ parſimonia victus affligebat. Nocturnas potatiōes in polonia ex gētilitate introductas ſumē phorrebat. calcauit oīa terrena: amore

ternorū. ⁊ credita ſibi bona paupibus diſtribuebat. Menſa eius cō-
munis erat ſpūalibus viris ⁊ paupibus chriſti. Nam omniū viduarū
inopum ⁊ languentiū ſue dioceſis habebat nomīa cōſcripta: quibus
pie ſubueniebat ⁊ ꝓprijs manibus ſeruiebat. Veſtes in curru ſpeciali
ſeruans: occurrētibus ſibi nudis largiebat. ⁊ eorū pedes lutoſos pro
prijs lauit manibus. Bona eccleſie nō cōſanguineis vt nōnulli aſſolent
ſed paupibus erogabat: ⁊ ea trifarie diuidebat. vnā parte ꝓ cerimo
nijs templi ad honorē dei. Secūdā ꝓ ſua ⁊ miniſtrorū eccleſie neceſſi
tate. Terciam pro orfanis ⁊ viduis ⁊ alijs miſerabilibus perſonis ex-
pendebat. Nam ab infantia creuit ſecū miſeratio. ☞ Lectio vi.

Stanislaus zelo dei feruens zelabat ſalutē omniū: vigilans ſuper
gregē ſibi cōmiſſū clericos ⁊ laicos verbo ⁊ exemplo ad ſalutaria
ꝓuocabat. Lubricos poſt p̄mam monitionē beneficijs eccleſiaſticis
ſpoliabat: ⁊ incorrigibiles ne cōtagione peſtifera plurimos ꝑderent.
de ſua dyoceſi expellebat. Singulas parrochias ſibi ſubiectas ſupra
archidyaconorū ſuorū viſitationē ꝑſonaliter viſitabat: ſcire cupiens
pudicam ſacerdotū vitam ⁊ ſalutarē doctrinā ſubditorūqꝫ cōditionē.
Pacientiā que omniū eſt ꝓbatio virtutū tā ꝑfecte poſſidebat: vt ſin
gula aduerſa paciētiſſime tolleraret: ⁊ iniurias ſibi factas etiā anteꝗ̃
peterer facillime ignoſceret. Nouerat vir btūs. nulli malū pro malo
reddere ſed inimicos diligere. Et iniurias ſibi factas beneficio repen-
dere. Unde vir ſanctus a domino Brēſnicſki milite ad cōſecrandam
eccleſiā inuitatus venit: hoſpiciū honeſtū habuit. Quo milles p̄fatus
adueniēs ira cōmotus epūm verbis cōtumelioſis affecit: de hoſpitio
expulit: ⁊ familiam eius verberauit. Qui letus exiens in quodā prato
cū ſuis in oratiōe ꝑnoctauit. Jn craſtino idē milles ab eo veniam pe-
cijt ⁊ facile accepit. Paciēs antiſtes cū ipſo redijt cōſecrationē eccleſie
fecit ⁊ militi ait. Cōtumelias ⁊ diſplicētias nō reputo mihi ad iniuriā
ſed eiſdē exerceor ad pacientiā ⁊ charitatem Tu. ☞ Lectio vij.

Stanislaus ſextū in ſuo epiſcopatu annum vigilāter agebat: ⁊ rex
Polonie Boleſlaus dictus bellicoſus ⁊ largus adulterijs inceſti
bus rapinis oppreſſiōibus vitā ſuā dehoneſtabat. Quē preſul beatiſſi-
mus ſecrete monebat. Ille ſciens eū virū ſanctū iram ſuam compme-
bat. Rex in peiora prolapſus dn̄o Buſyenſki vxorem vi abſtulit: ⁊ in

tocius regni ſcandalū prolē ex ea generauit. at Stanislaus zelo dei ac census. de adulterio regē arguebat. monens vt tanta mala relinquēs de cōmiſſis penitentiā ageret ſalutarē. Pro quo rex indignatus: contumelijs pluribus ſanctū affecit. cōminans eū ad ſcrofarū paſturā deputandū vt poſteri epiſcopi ſciant quā reuerentiā regib⁹ exhibere debeant. Cui epūs: noui eminentiā tuā o rex a me presbitero ꝛ ſingulis ſuditis tuis eſſe honorandā: ſed tuis publicis peccatis parcendū nō eſt: ꝛ ea arguere ꝛ te ad ſalutē inducere mei eſt officij cū colla regū ad pedes ſacerdotū humiliari manifeſtū ſit. Exinde rex ira feruidus palacium egreſſus ſe offenſū a ſancto viro q̄rulatur. ꝛ cū adulatoribus ſuis habito conſilio. verbis calūnioſis grauare querit preſulē inocentem. Nā villam Pyotrauin ſ. Stanislaus a dn̄o petro vero herede certa pecunia emerat. ꝛ triennio pacifice poſſidebat. Quo mortuo nepotes villam a ſancto repetebant. metu regis non audentib⁹ teſtibus fateri veritatē ſ. Stanislaus ad tumulū Petri accedens triennio iam tumulatū ſua p̄ce a mortuis ſuſcitauit: ꝛ viuū ante tribunal regis adduxit. Qui dato teſtimonio ad ſepulchrū redijt ꝛ corpus componēs: ſpiritū deo reddidit.

☞ Lectio viij.

Stanislaus zelans regis ſalutē: qui iā publice in hominabili vicio laborabat: vidēſq; neminē auſum eius vicia reprehēdere. Regē accedēs intrepidus ait. Quis monitionē meā tibi o rex diſplicere nō ignorē: debito tñ officij mei aſtrictus ꝛ tue ſalutꝭ zelo ſuccēſus te moneo: vt a nefarijs luxurijs te cohibeas: ꝛ de pꝑpetratis ſceleribus penitentiā agas. alioquin ſcias te igne ꝛ ſulfure pꝑpetuo cū ſodoma puniendū. Rex vero nō ad emendam ſed ad irā talibus cōmotus ſanctū im pꝑperijs afficiens eidem minaꝛ mortē. Sed iuſticie zelator epūs monitiōe p̄miſſa regē excōicauit. Rex paſtoris ſententiā contemnēs diuinis ſe ingerebat: ꝛ ſanctus vbi rex aderat: a diuinis ceſſare precipiebat. Poſtremo ſctūs Stanislaus zelo paciendi p veritate ſuccēſus: nec regē nec cominatam formidans mortē. tercio ydus Maij in quintā tūc cadens feriam: ſub Gregorio papa ſeptimo. exiuit ad eccl'iā ſancti michaelis in rupella ſitā: vbi erat ortus: miſſam celebraturus clericis eū comitātibus. Rex vero patricida explorans eius greſſus cū feroci militia ſua veniēs: eccleſiā circūdedit. Hoc vidētes miniſtri epiſcopo dixerūt: ve nobis pat

quia ab inimicis vndiqꝫ circūdati ſumus. Quibꝰ ille ait: nolite timere quia nec capillus de capite veſtro cadet. Me etem̄ querūt ſicut placet diuine volūtati ſic fiat. ⁊ ꝓcedebat in officio miſſe. ⁊ ecce miniſtri a rege miſſi vt ſanctū ab altari extraherent ⁊ occiderent: metu diuino correpti ter retrorſuꝫ ceciderūt ⁊ exierūt. Quos tirannus de imbecilitate increpabat. Et tūc ſolus in eccleſiaꝫ irruit erectoqꝫ gladio epūm inuadit: ſed diuina virtute ꝑcuſſus. ter inuadit terqꝫ cadit. Tandem poſt peracta miſſarū ſolēnia ſurgens epūmqꝫ celeri greſſu accedēs: gladiuꝫ vertici eius imerſit quo ꝓfundius potuit. Sicqꝫ ſceleratus ſanctū tirannus preſuleꝫ inceſtus caſtum: in eccleſia occidendo martirē chriſti (fecit.

Lectio ix.

Stanislaus morte ſanctiſſima cōſumatus ad ſuperna celorū regna aſcendit ſanguine laureatus: fitqꝫ ſum̄a leticia in celo: de eius preclaro martirio. Sed rex crudelitatē exacuens naſuꝫ genas labia ſacri corporis manu ꝓpria amputauit: ⁊ extra eccleſiam id extrahi: ⁊ in minutas particulas iam pontificalibus nudatuꝫ cōcidi ⁊ beſtijs auibuſqꝫ deuorãduꝫ proici ⁊ diſpergi mandauit. ⁊ ne quis ea colligeret ſub trūcatiōe capitis ꝓhibuit. Sed deus pijſſimus cui ſanctus fidē illibatā ſeruauerat id fieri minime ꝑmiſit qui ad tuenduꝫ ſacri corporis particlas quatuor grãdes aquilas ordinauit. Que a quatuor mūdi partibus aduenientes: triduoqꝫ circumgirãtes ne a beſtijs: et auibus tangerentꝰ cuſtodiebant indeſinenter. Nocte ſequente mortē ſ. Staniſlai a nōnullis viris timoratis ⁊ deuotis viſi ſunt celeſtes radij ſingulas ſacri corporis particulas illuſtrãtes. Quo miraculo eccleſie Cracouieñ prelati ⁊ canonici: nōnulli etiã laici deuoti cōcitati: locuꝫ paſſiōis ob decretū regis pauide accedētes: ſacri corporis particulas colligentes in priſtinuꝫ ordinē cōponere geſtiūt. Et ecce mirandis ſuccedūt mirabiliora: ſubito nãqꝫ corpus ſacrū celeſti virtute in ſingulis mēbris abſqꝫ om̄i cicatricū nota reintegratū aſpiciūt. et hoc exilarati clerici ⁊ laici ad eccleſiã ſancti Michaelis in rupella honorifice illō deferūt. ac ante fores eiuſdeꝫ eccleſie ſub diuo eiectiōem corporis a rege metuētes: vili ſepulchro recōdunt. dextre tamen manus articulus in ꝓximū lacū ꝓiectus defuerat: ⁊ piſcis ipſuꝫ glucierat. Sup quē quocūqꝫ ſe verteret ſplendor quidã celicus radiabat. Quē facile capientes ⁊ exenterãtes: articulū inuentū ſacro corpori appoſuerunt. Ad cuius ſepulchrū ipſius ſancti meritis: ſinglis ſibi deuotis poſtulata donantur ſuffragia. Preſtãte dn̄o noſtro Jeſu chriſto: qui cū patre ⁊c.



F Lorianus miles ſtrenuus ꝛ martir victorioſus. tp̄ib⁹ Dyocletiani ꝛ Maximiliani imparatorū: chriſto credidit ꝛ martiriū ſuſtinuit. Cū in diuerſis mūdi partibus p̄ſides inſtituti de mādato imparatorum ſanctos diuerſis penis affligerēt. ꝛ ſancti letāter illata tormēta ꝓ fide catholica ſuſtinētes ꝑ martirium coronarent̄ Aquilinus apud Moricū Ripenſem: prefecturam tūc adminiſtrabat: qui in caſtruꝫ Laureacenſe adueniens: ꝛ chriſtianos diligēter inquirēs: quadraginta ſanctos cōprehendi iuſſit. Qui diutiſſime certantes ꝛ multis ſupplicijs cruciati miſſi ſunt in carcerem: ꝛ ibi dn̄o deo obtulerūt animas: coronas martirij reportātes. Ad quorū cōfeſſionē beatus Florianus princeps officij in chriſtū credens gaudēter ſucceſſit. Qui cū apud Thetiā ciuitatē habitaret ꝛ audiret apud Lauriacū hec fieri dixit ad ſuos. oportet me ire Lauriacuꝫ ꝛ ibi ꝓ chriſto a preſide diuerſa pati ſupplicia. Et valedicens ſuis ibat ꝓpe Lauriacū: duꝫ eſſet in pōte ſub quo fluuius decurrit: obuios habuit milites cū q̄bus ante militauerat miſſos ad quoſdā chriſtianos Qui ab eo interrogati quo ꝑgerent. Reſpōderūt ſe miſſos a p̄ſide ad hoc vt chriſtianos ſm̄ p̄cepta imparatoruꝫ inquirerēt: ꝛ ad ſacrificia compellerent ꝛ nollētes occiderent. Tu.

☞ Lectio ij.

F Lorianus btūs eis viriliter rn̄dit. Fratres ꝛ cōmilitones mei: alius nō eſt vobis querēdus: nā ego chriſtianus ſum. Et illi cōprehenſum duxerūt ad preſideꝫ dicentes. p̄nceps officij noſtri Florianus chriſtianus eſt. Aquilinus preſes dixit ei. Floriane quare talia dicunt̄ de te: ſacrifica dijs ſicut ego: ꝛ cōmilitones tui vt viuas nobiſcū ꝛ non

cū cōtemptoribus puniaris. Sanctus Florianus reſpōdit. Ego hoc non faciaꝫ: ⁊ tu quod tibi p̄ceptum eſt exerce. Tūc preſes iuſſit euꝫ cōpellere vt inuitus ſacrificaret. Beatus Florianus voce magna orauit dicens. domīe deus meus in te ſperaui ⁊ te negare nō poſſum: tibi offero ſacrificiuꝫ laudis: ꝓtegat me queſo dextera tua ⁊ virtuteꝫ tollerādi mihi tribue: ⁊ inter ſanctos attletas tuos me ſuſcipe ⁊ ſpūm ſanctum cōfirma in me non ꝑmitas me vinci a dyabolo. Eſto mihi dux iuſticie vt te laudeꝫ in ſecula. Aquilinus preſes irriſit eum dicēs: vt qd ſic inſipiēter loq̄ris ⁊ p̄cepta regū irrides ſacrifica dijs. Lectio iij.

FLorianus ſanctus reſpōdit: licet militiaꝫ exercebam tamē oculte deum meū colebaꝫ ⁊ ideo dyabolus nō poteſt ex toto p̄ualere cōtra me. Tu corporis mei poteſtatē habes: animaꝫ meaꝫ tangere non potes: ſolus deus illi dominat̄: pareo iuſſioni tue vt decet milites. ſed ad ſacrificandū demonijs nullius cōſilio acquieſco. Preſes furore repletus iuſſit eum fuſtibus cedi: cui btūs florianus dixit. Tantū iraſcere ⁊ noce corpori meo quantum potes quia ego tibi non acquieſcam: nec timeo tormēta tua. Accende ignē ⁊ in nomine dei mei Jeſu chriſti ſuper eū aſcendā. Cum ergo a militibus cederet̄ dixit ei preſes Floriane ſacrifica dijs ⁊ libera te a tormētis. Reſpōdit: ego ſacrificabo dn̄o meo ieſu chriſto qui me ad hanc exultationē in qua ſum: dignatus eſt ꝑducere. Sancto floriano hec dicēte preſes iuſſit eum iterū cedi. Qui cum cederet̄ gaudenter ſuſtinuit: ⁊ ſubleuatus a terra ita hilari vultu apparuit ſicut eſſet in magno gaudio ꝯſtitutus. Tūc iuſſit preſes ſcapulas eius eculeis ferreis acutis ꝯfringi. Beatꝰs vero Florianus deū amplius glorificabat ⁊ ſe chriſtianū ꝯfitebat̄ prefectus vero videns ſe in oīmibus ſuꝑatum dedit ꝯtra eum ſententiā: vt de ponte ad fluuium Eneſum illuc eductus precipitet̄. Tu. ☞ Lectio iiij.

FLorianus vero beatiſſimus data ꝯtra ſe hmōi ſententia exultans de vita eterna electis p̄parata gaudens ꝑgebat quaſi ad lauacrū duceretur. Perueniētes ad locū de quo proici debuit: ligauerūt lapidem in collo eius ſanctus aūt florianus impetrato a militibus orandi ſpatio ſtans cōtra orientē: manuſq; in celū expādens orabat dicens. Domine Jeſu chriſte ſuſcipe animā meaꝫ. ⁊ deuotiſſime orans quaſi ꝑ ſpaciū vnius hore orationē ꝯtraxit. Nec quiſquā militum qui cum

adduxerant: tangere audebat. Tunc quidã adoleſcẽs adueniẽs rabie plenus dixit ad milites. Quare non facitis iuſſa pſidis. Et pcipitauit ſanctũ florianũ de ponte in fluuiuz ⁊ ſtatim crepuerũt oculi eius. Fluuius vero ſuſcipiens chriſti martirẽ expauit: ⁊ eleuatis vndis corpus eius ſubleuatũ ⁊ contra fluxũ aque deductũ in cuiuſdaz ſaxi ſumitate depoſuit. Tunc autẽ diuino annuẽte fauore aquilla adueniẽs expanſis alis in modũ crucis ſanctuz corpus beati floriani martiris curioſius ptegebat. Lectio v.

Florianus vero iam martirio glorioſus: manifeſtauit ſe cuidaz femine deuote: nomie Valerie: monens vt in ſecretiore loco ipſuz humo recõderet. certis indicijs locum ei deſignãs vbi corpus inueniret: ⁊ vbi eũ ſepłture traderet. Mulier hac viſione cõmonita: iungens animalia ſua ad fluuiuz pperauit. ⁊ corpus martiris requirens inuenit. ⁊ ſup quadrigaz poſuit: ⁊ pre timore gentilium virgultis ⁊ frõdibus eum inuoluit: ſimilans quaſi ad claudendũ ortuz ea duceret. Animalia vero pre nimio ſolis ardore fatigata vlterius pcedere nõ valebant. Tunc mulier orauit vt ei diuina miſericordia ſubueniret. Completa oratione ſtatim in eodẽ loco fons fluẽtiſſimus emanauit qui in teſtimoniũ eius vſqz nuuc pſeuerat. In quo aĩalia faciata vlterius pcedebant. Veniẽs aũt ad locũ a ſancto Floriano preoſtenſuz pter gentiliũ pſecutionẽ: corpus eius ſacrũ ſecrete ⁊ cum feſtinatiõe tradidit ſepulture. Lectio vi.

Florianus vero iaz in celo glorioſus corpore eius tumulato in loco ſepulture ſue. chriſti clemẽtia opante: cepit magnis coruſcare miraculis: Nam eius meritis egroti ſanabant. febricitãtes curabant ⁊ in deo veraciẽ ↄfidẽtes meritis ipius: dei miſericordiaz ↄſequebant. Poſt paſſionẽ ſanctiſſimi Floriani martiris Romani a Grecis ac circũiacentibus gẽtibus: varijs ↄtinuiſqz vexabant incurſibus. quibus ↄtinue agitati amplius reſiſtere minime valuerũt. Tũc papa cuz clero oratiõibus inſtantes auxiliuz de celo a deo ſibi fieri poſtulabãt. Sed quia impoſſibile eſt multorũ preces nõ exaudiri. eis ſic in oratiõe perſeuerantibus audita eſt vox de celo dicens. Donec corpus beati martiris Floriani hic afferat. Roma nõ erit imunis ab inimicorũ incurſibus. Quibus auditis: papa iuſſit inquiri corpus beati Floriani. quo tandẽ apud Lauriacuz inuẽto: ad vrbẽ Romã illud aduehi mãdauit.

⁊ iuxta corpora ſanctorũ martirũ Stephani ⁊ Laurentij illud poni ordinauit. Sicq̀ʒ beneficio ⁊ interceſſiõe beati Floriani martiris Roma ab inimicorũ incurſibus pacata pace ꝯtinua fruebat̃. Lectio vij.

CRonice regũ ⁊ principũ Polonie tradũt: tempore illuſtriſſimi Cazimiri: totius Polonie principis ſupremi: filij Boleſlai dicti Kriuouſti. oſſa beati Floriani martir̃ glorioſi: ꝑ reuerẽdiſſimũ dñm Egidiũ Muthineñ epũm: Cracouiã allata: ⁊ ꝑ p̃fatum illuſtriſſimũ Cazimirũ: ⁊ reuerẽdiſſimũ dñm Bethkonem tũc Cracouieñ epũm. cum omĩ reuerentia ⁊ deuotiõe ſuſcepta. Anno dñi. 1183. Qui epũs de Polonia oriũdus: ⁊ dñs papa natione Romanus. cuʒ Padue in ſtudio ſimul morarent̃. ſe inuiceʒ tenerrime diligẽtes. Tale interſe pactum firmauerũt vt qui p̃mus ex eis ad culmen honoris ſubleuaretur alterũ ad ſe recipet: ⁊ vterq̀ʒ de bonis illis participarẽt. Illis de ſtudio ad ꝓpria reuertẽtibus. Romanus ille in ſummũ pontificẽ ſublimat̃: ⁊ Polonus in Cracouieñ epũm eligit̃. Tandẽ dñs ap̃licus iuxta pactum p̃us firmatũ: epũm Cracouieñ ꝑ nũcios ſuos ad ſecũ manendũ inuitabat. Qui de beniuolẽtia dñi pape gratus: ꝑ nũcios ſuos humiliter reſpondit. Auri ⁊ argenti ⁊ aliorũ tp̃alium habere copiaʒ. hoc ſibi dũtaxat deeſſe q̄ in ſuo epiſcopatu nullũ haberet ſanctuʒ regni ſui defenſorem ⁊ adiutorem ☞ Lectio viij

EPiſcopus igit̃ Cracouieñ ꝑ eoſdẽ nũcios ſuos dño pape humiliter ſupplicat: vt aliquẽ de ſctĩs martirib⁹ eidẽ ꝯdonare dignaret̃. Dominus igit̃ ap̃licus inſtĩs eius annuẽdo p̃cibus: cuʒ cardinalibus ⁊ Polonoruʒ nũcijs ad baſilicaʒ ſancti Laurencij: in qua eiuſdẽ ſancti ⁊ ſancti Stephani ꝓthomartiris corpora in vno ſepulchro requieſcunt clam acceſſit: ⁊ cũ ſuis oratiõe p̃miſſa ſepulchrũ aperit: baculo paſtorali corpus ſancti laurẽtij tangit. Qui mox ab eis facieʒ auertit. Similiter ⁊ ſctũs Stephanus fecit. hoc ſigno deſignãtes ſe nolle Poloniaʒ viſitare. Hoc viſo Poloni nimis triſtes ſunt effecti. ſed anteq̀ʒ ſepulchrum clauderet̃: dñs papa dixit Polonis. Filij vnuʒ ex his p̃cipuis martiribus volumus vobis ꝯdonare ſed ecce cernit̃ diuinã volũtatẽ. Tercius ſubter vtrũq̀ʒ requieſcit. ſ. florianus. qui q̃m plurib⁹ q̃ vterq̀ʒ iſtorũ Rome claret miraculis: p̄e timore Romanorũ euʒ dare vobis nõ audemus. Polonis vero meſtis hec aſpiciẽtibus. ecce ſctũs Flori-

anus p̱ illos duos manū extēdit: ſcedulaꝫ hñs in manu auro ſcriptaꝫ in hec verba. Ego volo Poloniam. Hoc videns dñs papa ſanctuꝫ Florianū polonis ſecrete ꝯdonat. ☞ Lectio ix.

POloni nimiū exhilarati deo ⁊ dño pape gratias referētes: ſctūm Florianū inter ramos ⁊ frondes de Roma abduxerūt. Et nauigātibus illis p̱ mare cū ſancto martire: demones clamabāt dicentes. Sancte Floriane cur nos crucias. Poloni vero timebāt ne pagani in mari voces illas audirēt ⁊ ſctūꝫ martirē eis auferrēt. Eque etiā in Venetijs timebāt vbi nimis caute ⁊ ſecrete ſctūm deferūt ⁊ vſqꝫ ad Poloniam apportāt feliciter ⁊ pacifice. Vbi cū eſſent ante portas ciuitatis Cracouieñ in planicie campi: nequaꝙ̄ cū illo vlterius ꝓcedere nec ad eccl'iam cathedraleꝫ (vt volebant) illum deferre potuerūt. ⁊ poſt multos labores ſctūs Florianus dixit. Ego a prutenis hanc partē ciuitatis cuſtodiā. veniet aūt poſt me patronus huiꝰ regni incliti q̄ in eccleſia ſue ſedis requieſcet. ⁊ a paganis ⁊ alijs natiōibus ab alia parte hanc ciuitateꝫ tuebit̄. Ad honoreꝫ ergo ſancti Floriani in loco illo illuſtriſſimus dux Cazimirus: ⁊ reuerendiſſimus Gethko epūs: extra muros ciuitatis Cracouieñ baſilicaꝫ pulcerrimaꝫ ꝯſtruxerūt. in qua brachiuꝫ ſancti Floriani ꝓ reliquijs relinquētes: p̄latos ⁊ canonicos in eadē ordinātes ſancto magnifice dotauerūt. Reſiduū vero reliq̄arū in caſtro Cracouieñ in eccl'ia cathedrali in ſepulchro marmoreo ſatis bene ornato in medio eccleſie ꝯdiderūt. In quo loco p̱ merita ſancti Floriani dñs noſter Jeſus chriſtus multa operatur miracula. cum patre ⁊ ſancto ſpiritu viuens deus in ſecula Amen.

# De tranſlatiōe ſcti Staniſlai Lectio j

GLorioſus deus meritis ſanctoruꝫ faciens ꝓdigia: poſt beatiſſimi Staniſlai Cracouienſis epiſcopi ⁊ martiris victorioſiſſimi laudabilit̄ celebratuꝫ agonem pluribus ꝓdijs mirificare dignatus eſt ſctūm ſuum: ipſius ſuffragia poſcētibus ⁊ ad eius ſepulchruꝫ ꝯcurrētibus poſtulata bñfitia copioſe largiendo ita vt etiā cineres aut lapilli ex eius ſepulchro ad egros delati: inuocatiōe ſancti Staniſlai facta: plena ꝯferrent languentibus remedia ſanitatis. Metu tamē Boleſlai tiranni: triennio

poſt ſancti occiſionē regnātis omes repſſit: ⁊ Vladiſlai germani ipſius ꝓhibitiōe retracti miracula p ſanctū patrata nec cōſcribere nec publi care audebant. Vnde nec ſcriptores annaliū Polonie audebant cau ſam martirij ipſius deſcribere: ne pncipes Polonie infamia notarent̄ de damnata venere. Quāuis autē occiſores ſancti Stanislai miracula eius conarent̄ occultare. reſuſcitationē tn̄ petri militis p ſanctū Stani ſlaū dū viueret: ac reintegrationē eius corporis ſacri abſq; omi cicatri ce. tutelamq; aquilarū diuinitus factā cōtegere nō poterant vlla obli uiōe. Sub integro etia; decēnio poſt ſancti mortē ad eius ſepulchrū ſingulis noctibus videbant̄ lūinaria celeſtia deſcēdere ⁊ rupellam illu ſtrare. Hec apud Polonos erant notiſſima que corā papa vero teſti monio ꝓbari potuiſſent: vt tam digniſſimi martiris canoniſatio acce lerata fuiſſet: principibus tamē Polonie ꝓhibētibus fuit impedita. Sicq; ſctūs Stanislaus ne dum viuens ſed etia; mortuus pncipum Polonie odia perferebat. Tu aūt. ☞Lectio ij.

Videbat̄ etiam ipſe ſctūs Stanislaus a pluribus viris deuotis ad eius ſepulchrū excubātibus. in eccl'ia ſancti Michaelis luce illu ſtrata celeſti: ad cuiꝰ fores fuerat tumulatus: ad aram pōtificalibus in dutus ſtare: circūſtantibus eū duobus choris venerabiliū pſonarum atq; hoībus qui ꝯuenerāt bn̄dictiones impēdere. Hec oñdebant ip ſum ampliori veneratiōe dignū. Poſt decenniū vero elapſum eius ſe pulture: cuidā nobili ⁊ deuote femine Swathoslaua. ad eius ſepulch rum oranti quottidie ſctūs Stanislaus pōtificalibus indutus venera bilibus pſonis circūdatus in eccl'ia pfata diuina celebrans ⁊ cōplens dignatus eſt apparere: ⁊ nomē ſuū pandens eidē dicēs. Ego ſu; Sta nislaus epūs Cracouien̄ a te veneratꝰ. Succeſſori meo epiſcopo Cra couien̄ Lampto ⁊ canonicis fratribus meis denūcia: ne corpus meu; paciant̄ iacere in puluere: ſed ad maiorē eccl'ia; quāto citius ſatagant transferre. Epūs ⁊ canonici his nō increduli pncipe Vladiſlao pmu; cōſulto ⁊ pmittente tumulo apto mirando odore a corpore ꝓdeunte preſentes plurimū refecti: corpus ſacrū de terra leuant: ⁊ in archa no ua repoſitu; epūs ⁊ canonici ad baiulandū humeros ſubiciūt: ⁊ cum hymnis ⁊ laudibus ad eccl'iam cathedralē transferunt ⁊ in ſepulchro de petra ſculpto: laminis aureis deſup tecto reponunt. v. Kalendas.

Octobris. Anno dñi. 1088. ☞ Lectio iij.

DExtera altiſſimi poſt tranſlationē corporis ſacri ſanctū Staniſlaum amplius glorificauit: per ipſius merita plura prioribus faciens miracula: ſed per iniuriaȝ ingratorū nō ſunt annotata ⁊ ſic obliuioni data. Euoluto tandeȝ poſt tranſlationē ſancti anno. in pͥma vigilia noctis vnius. ad eccłiam cathedralē ſonitus omnium auditus eſt cāpananarū: quarū ſonitu Damianus decanus Joannes ꝑpoſitus. Bñdictus ſcolaſticus. eccleſie Cracouieñ prelati: ⁊ alij canonici in caſtro domicilia habētes excitati: ad eccłiaȝ ꝯcurrūt. clauſamqȝ inuenientes. miniſtros eccłie ſanctuarios dictos aduocant. de pulſu inuſitato interrogant: quorū duo etate graues: ⁊ deuotiōe ſingulares ꝓtunc in oratiōe vigillantes rñderunt nec ſe nec ſocios pulſaſſe. aſſeuerantes ſe vidiſſe corporeis oculis beatū Staniſlaū epūm multitudine venerabiliū ꝑſonarū circumdatū miſſarū ſolēnia ad altare maius celebrantē dumqȝ ꝑficerent: cāpanas ſingulas abſqȝ omī adminiculo ꝑ ſeipſas pulſaſſe. qui deo cū lachrimis gratias agētes ad quietē redierūt. Magiſter etiā Bñdictus ſcolaſticus vir vita celeber. dum ſequētibus diebus ante matutinū in prefata eccłia oraret cū prefatis ⁊ alijs ſctūarijs meruit frequentius videre ſanctū Staniſlaum diuina celebrantē indutum pōtificalibus ⁊ circūſtantibus bñdictiōis munus impendētem. Et ex hoc prima viſio robur credulitatis accepit. ☞ Lectio iiij.

MIſericors deus ⁊ ſi ingratorum incuria ꝑ 170. annos vel circa poſt ſancti Staniſlai martiriū dilapſos. ꝓ eius canoniſatione nulla adhibita ſit opa: admirando tñ diuine diſpenſatiōis iudicio dilata credit. vt deſtinato tēpore implēda ſeruaret. ſic ſanctū ſuū mirificare addidit. Nam Faliſlaus miles egrotans grauiſſime: monet diuinitus vt epiſcopo Cracouieñ Prandote diceret ꝙ oſſa ſancti Staniſlai de terra leuaret. et vino ⁊ aqua lota in vaſe mundo locaret: cuius merito illico ſanatus: iuſſa nō cōplens i infirmitatē relapſus increpat ⁊ iterū ſanatus: epiſcopo qđ audierat enarrauit. Sanctus etiam Staniſlaus Adleydi matrone deuote ⁊ infirme mandauit: vt Traianū eccleſie Cracouieñ cuſtodeȝ de hoc admoneret. que iuſſa faciens ⁊ iuxta oraculū: ſancti Staniſlai anulo ſignata mox ſanat. Epūs his certior factus: oſſa ſancti ſtaniſlai de terra leuauit: ⁊ vino ⁊ aqua lota in vaſe

mundo collocauit. Crebreſcẽtibus itaq; in eccl'ia Cracouieñ ⁊ alijs lo-
cis magnificis ꝓdigijs ob merita ſancti ſtaniſlai diuinitus patratis.
Boleſlaus pudicus Polonoꝝ princeps et monarcha cū ſua cõſorte
Kunegunde: regis vngarie Bele filia. celibatū in martirio agentes. et
epũs Cracouieñ Prandota ꝑ oĩa dignus feruẽti deuotiõe in ſanctū
ſtaniſlaū inflãmati: ad ſolicitandã canoniſationẽ eius: ſolẽnes nūcios
vꝫ dñm Jacobū Cracouieñ eccl'ie decanū vtriuſq; iuris doctorem. ⁊
dñm Gerardū eiuſdẽ eccl'ie canonicū. ad Innocentium papam quar
tum. Anno dñi. 1250. tranſmittūt. ☞ Lectio v.

Recitatis igit' coraꝫ ſūmopontifice Innocẽtio quarto in facie pu-
blici cõſiſtorij ꝑ dñm decanū prefatū ſancti ſtaniſlai cõuerſatione
ſancta: ⁊ cauſa ſuſcepti martirij ⁊ miraculis ſue ſanctitatis certiſſimis
iudicijs. Sūmus tñ põtifex ſolitam ſedis ap'lice in his grauitatẽ ob-
ſeruans. archiepiſcopo Gneznen̄ ⁊ epõ Wratiſlauieñ: ⁊ abbati de lu-
bens miraculoꝝ ſancti Staniſlai examẽ ꝑ litteras cõmittit. Sedkam
militeꝫ centenariū precipue qui licet ſanctū nõ viderat: ſanctitateꝫ tñ
eius ⁊ martirij cauſaꝫ ⁊ miracula in morte facta: ab his qui nouerant
⁊ viderãt ad plenū didicerat. Qui iuſſa cõplentes ea que diligẽti facto
examīe cognouerãt in ſcriptis redacta Innocẽtio pape tranſmittūt.
papa tñ ꝓ maiori habenda certitudine: fratrẽ Jacobū Weltrenſeꝫ or-
dinis minoꝝ: virū religioſum ⁊ doctū in Poloniam tranſmittit: ad
videndū ⁊ examinandū ꝑſonas teſtiuꝫ: p̄cipue duoꝝ veteranoꝝ cen-
tenarioꝝ in p̄oribus deſcriptoꝝ. ⁊ ad videndum cronicas ⁊ annalia
Polonoꝝ. Qui cū prioribus cõmiſſis ſingula mature exequẽtes ⁊ in
publicū ſcriptū redigẽtes ꝑ p̄ores nuncios Innocẽtio pape tranſmit
tunt epiſcopo ⁊ capitulo Cracouieñ ꝓ eis ſumtibus datis. Et ad fa-
cilius obtinendã canoniſationeꝫ ſancti: fratres p̄dicatores ⁊ minores
de domibus Cracouieñ in litteris diuinis eruditi nuncijs prefatis ad
iūcti ſunt. Qui cū apud lugdunū corã papa Innocẽtio ſancti Stani-
ſlai vitã martirij cauſam ⁊ miracula recitaſſent: ⁊ examen teſtiū in ſcri
ptis redactū in publico cõſiſtorio oñdiſſent. Cardinalibus tñ nõnullis
ꝓpter longinquitatẽ tp̄is de veritate dubitãtibus: nuncij in Poloni-
am redire iuſſi. mandata deferẽtes vt cõmiſſarij p̄ores: de ſanctitate ⁊
martirio ſancti ſtaniſlai diligẽtiori examīe facto ſedeꝫ ap'licam de his
redderent certiorem. ☞ Lectio vi.

PRandotha Cracouieñ epũs vir optimus hac dilatiõe feruẽtior factus: priores teſtes ⁊ plures alios nouos Gerhkam militẽ precipue apud cõmiſſarios aplicos induxit: diligẽtius examiari: ⁊ dicta eorũ cõſcribi ordinauit. ⁊ p ſe cũcta ſolicitans mediũ annũ in his exegit. Triplicato itaq; examine cunctiſq; rite expeditis. priores nuncij cũ fratribus predicatoribus ⁊ minoribus: p epũm ⁊ capitulũ in ſumtibus copioſe ꝓuiſi ad Innocentiũ papã quartũ: qui de Gallia ad Italiam redierat. vice tercia anno dñi. 1253. ꝓficiſcentes in peruſina vrbe Italie ipm inuenieñ: examẽ iam tercio factũ exibent. Noua omniũ pontificũ ac pncipũ polonice regionis ſanctitatẽ viri ſancti teſtantia offerũt ſcripta. Teſtes etiã inſignes viuos ⁊ pſentes ꝓducũt. in quos ſanctus ꝓdigia fecerat: ⁊ qui ſe ab eo curatos nouerãt. Negociũ per plures dies ſolicitãtibus nuncijs: iã ſpes optima de expeditiõe a papa ⁊ cardinalibus ꝓmiſſa fuerat. de quo illos dñs Joannes Gaietanus cardinalis ⁊ in his cõmiſſarius iudex certificauerat. Unde ⁊ alacres expectabant finẽ optatũ pcepturi. Et ecce ſubito dño cõmiſſario nũcijs referente: tam clara teſtimõia vertunt in dubiũ. dño Reynaldo epo ⁊ cardinali Hoſtieñ. magne prudentie viro (cui ⁊ alij cardinales aſſenciebant) obſiſtẽte ⁊ aſſerente eſſe incredibile: vt tam pclarũ martiriũ famoſaq; ſanctitas epiſcopi Cracouieñſi vera exiſterent: tanto tempore ſedem appoſtolicam latuiſſent ☞ Lectio vij.

CRacouieñ eccleſie nuncijs ex hoc nimia pturbatiõe pculſis: ⁊ dominũ cardinalẽ cõmiſſarium: quid vltra facerent cõſultantibus. Ipſe a deo inſpiratus rñdit. neceſſe habet ſanctus vir finale opari miraculũ: quo cardinales diſcordãtes faciat cõcordare in vnũ. Reynaldus igit Hoſtieñ epũs ſancti aduerſarius grauiſſime infirmatus: credebat ſe ad finẽ appropinquare: vnde dñm papam p nũcium rogat vt ad eũ venire: ⁊ abſolutiõis aplice bñficiũ eidẽ impẽdere dignaret. Cũ igit ſolus iaceret: ecce btũs Staniſlaus põtificalibus indutus ante lectũ eius viſibiliter aſtitit. Et interrogãti quis eſſet reſpõdit. Ego ſum Staniſlaus Cracouieñ epũs. cuius canoniſatiõis tu fuiſti aduerſarius. Egro veniã petenti rñdit. In hoc me chriſti martirẽ ⁊ electũ dei recognoſce. Surge ſanus ⁊ noli tantũ bonũ impedire qd decreuit deus ſaluti multorum ꝓficere: ⁊ viſio diſparuit. Qui ſanus exurgens

comedit ⁊ bibit. ⁊ dño pape ad ſe venięti in equo occurrit: ⁊ q̄renti de modo ſubite curationis: rñdit ſctūs Stanislaus Cracouieñ epūs ap parens ignorantiā meā increpauit ⁊ me ſanitati reſtituit. Unde ſicut neſcius dei cōſilio reſtiti: ſic canoniſationē eius a veſtra paternitate ac celerandū imploro. Quod cū celebri fama vulgatū eſſet. dñi etiā cardinales hoc miraclo ad cōcordiā reducti: priorib⁹q̄ atteſtatiōibus fidē indubiā adhibētes ſctūm Stanislaū vere ſanctū aſſerūt atq̄ canoniſatiōe digniſſimū decernūt. diē quoq̄ natiuitatis virginis Marie q̄ȝ vicinū erat: in ecclia ſancti Franciſci Aſſiſij vbi ſctūs Frāciſcus corporaliter requieſcit canoniſationē fiendā cōſtituūt. fit leticia cūctis preſertim eccle Cracouieñ nūcijs: qui a triſticia liberati deū in ſancto Stanislao magnifice collaudabant. ☞ Lectio viij.

Innocētius papa quartus veniēs aſſiſiū: die natiuitatis virginis Marie cū cetu cardinaliū ⁊ multitudine p̄latorū in ſancti Franciſci baſilicam ſupiorē: canoniſationē ſancti Stanislai expleturus aſcendit ſūmopontifice miſſam ſolēniter celebrante multis lumīaribus accenſis aſtante multo populo. Adoleſcens quidā de aſſiſio in ipſius canoniſatiōis articulo ad ecclīam ſancti Franciſci a parētibus lamentantibus portabat̄ aut tumulādus: aut ſancti canoniſandi meritis reſuſcitādus. Parētibus ⁊ cognatis ꝓ eius reſuſcitatiōe obſecrātibus. Innocentius papa ꝓſtratus orauit dicēs. O clementiſſime dñe: ſi de ſancto Stanislao corā nobis relata vera ſunt declara queſo hodie ipſius canoniſatiōe dignū: p reſuſcitationē p̄ntis mortui. Vix papa orationē ꝯpleuerat: ⁊ mortuus nunciat̄ ad vitam rediſſe. ad q̄ȝ oīibus ſtupētibus ⁊ gaudētibus. miſſarū ſolēnijs expletis ⁊ ſancti Stanislai vita ſancta martirio ⁊ miraculis recitatis. Sūmus pōtifex eminentiorem locū cōſcendens: beatiſſimū Stanislaū martirē ⁊ Cracouieñ antiſtitē canoniſat ⁊ ſanctorū cathalogo aſcribit. denūcians diē natalis eius octauo Idus May: quo p martiriū cōſumatus eſt: ab vniuerſali eccleſia celebrari. decernēs etiā diē illū ab oīibus ⁊ ſinglis Polonis ſolēnit̄ feſtiuandū. Oībus aūt p̄ſentibus de indulgētia vnū annū ⁊ quadraginta dies largitus eſt. viſitātibus etiā annuatim locū ſepulture ſcti Stanislai in eodē feſto ⁊ p octauā eandē indulgentiā cōceſſit. Orationē de ſancto ꝯpoſuit. vexillū etiā rubeū imaginē ſcti Stanislai

gerens ſumo pontifici ꝛ pluribus alijs apparuit. ꝛ cantato Te deum laudamus. omnibuſq3 rite ꝑfectis. ſancti Staniſlai canoniſatio: 175. annis neglecta: ꝛ tociens impedita. diuino magis q̃ humano opere ſolemniſſime completa eſt.

☞ Lectio ix.

REuertentibus ex vrbe Roma eccleſie Cracouieñ nũcijs: cũ fratribus p̄dicatoribus ꝛ minoribus litteras canoniſatiõs ſcti Staniſlai ſecũ ferẽtibus ꝛ vrbem Cracouieñ ingreſſuris. Prãdotha epũs cũ clero vniuerſo ꝛ poplo ꝓceſſionalit' occurrit: ꝛ eos honorifice ſuſcepit. Digni certe apud Polonos tanto honore: qui tot difficultates ꝛ labores ſuſceperũt ꝓ ſancti Staniſlai canoniſatiõe. Ad leuandũ oſſa s. Staniſlai de tumulo: Prandota epũs diem a papa deſignatũ per totã Poloniã vicinaſq3 ꝓuintias p̄dicari ordinauit. Tantaq3 multitudo ad diem illũ ꝑuenit vt Cracouia populũ cape nõ poſſet: ſed in campis plurimi ſtarent turmatim. Cõueniũt etiã ad ſolemnitatẽ illã prelati antiſtites. Fulco Gneznen̄ archiepũs. Opiſſo abbas aplicus nũcius. Prandota Cracouieñ. Thomas Vratiſlauieñ. Polimirus Vladiſlauieñ. Boguſlaus Poznanieñ. Andreas Ploceñ Vtardus Rutenorũ. ꝛ Vitus Lithuanorũ epiſcopi. Abbates/p̄poſiti/decani ꝛ alij prelati. Cõuenerantq3 principes Polonorũ vcʒ Boleſlaus pudicus: cũ beata Kunegũde ſua cõſorte virginitatẽ in matrimonio ſeruantes. que ſuis meritis ꝛ p̄cibus fodinas ſalis de Vngaria ad Poloniam tranſportauit. Premiſlaus Poznanieñ. Kazimirus Kuyauienſis. Semouitus Mazouieñ. ꝛ Vladiſlaus Opolieñ duces. ſub illorum ꝛ populi p̄ñtia: oſſa ſancti Staniſlai ex tumulo ꝓpe portã meridionalẽ eccl'ie Cracouieñ a pontificibus vino lota ꝛ leuata ſunt. populo plaudẽte ꝛ ſancti patrociniũ inuocãte oſtenſa: ac demũ in eccleſias cathedrales. conuẽtuales. collegiatas diſtributa. capite. brachijs. pectore ꝛ alijs inſignioribus apud Cracouieñ eccl'iam cũ cineribus ſacri corporis remanẽtibus. Metropolitane eccl'ie Gneznen̄ ſancti põtificis ceſſit anulus: titulũ illius ꝛ vultũ p̄ferens charũ. Et ex tũc plures eccl'ie prebẽde ꝛ altaria in noie s. Staniſlai ſunt fundate. ꝛ Lithuanis ab ydolatrie cultibus ad fidem cõuerſis. Opera regis Vladiſlai dicti Jagelo. eccl'ia cathedralis apud Vilnam ſctõ dedicata eſt Staniſlao. Et in toto regno Polonie ꝛ ducatu Lithuanie maius honor ſancto exhibet' Staniſlao ꝛ deus in eo glorificat' in ſecl'a ſeclorũ. Amen

D

# De trãſlatiõe ſcti Adalberti Lectio j

POſt conſumatuꝫ ſancti Adalberti agonē: ſanctiſſima aīa eius martirio preclara letantibus angelis in celeſtia ſublimatᷣ. ⁊ in abyſſum diuinitatis abſorpta trina aureolā adornatᷣ. fitqꝫ in celis magna leticia de ipſius preclara gloria. Barbari aūt ꝯtra ſanctuꝫ inſaniētes: caput ſacrū abſcindūt: ⁊ in quadā arbore ſuſpendūt: quod triduo ab aquila tutabatᷣ Corpus vero ſancti in plura fruſta diſcindūt ⁊ diſpgunt. Comites vero ſ. Adalberti quos ſibi ꝓ ſocijs accepat (vcꝫ fratrē Benedictū Matheū. Johannē. Jſaac. Criſtinū ⁊ Barnabaꝫ. qui pariter verbuꝫ dei gentibus ꝑdicabant) ꝯtumelijs affectos: ⁊ plagis varijs verberatos: de finibus ſuis expellūt ⁊ ſub pena mortis ne reuertanᷣ ꝓhibent. Jſti in regno Polonie in dyoceſi Gneꝫneñ circa opidū Kaꝫimirᷣ artiſſimā vitaꝫ ducētes in heremitorijs morabanᷣ. Quos ſctūs Adalbertus de Gneꝫna frequentius viſitabat: qui ad heremitoria ſua reuerſi ibidem ſucceſſu temporis martirio coronati ſunt. Paſſus eſt aūt ſ. Adalbertus a Prutenis tūc ydolatris: nūc fideꝫ chriſtianā ꝓfitentibus in prouincia Sambia dicta. ⁊ hoīes illi Zudaw nucupanᷣ. ⁊ polonice Zudnoūe pn̄t apellari. Jn loco autē ſui martirij eſt hodie parrochialis eccleſia plebanū hn̄s cū aliq̄bus preſbiteris: vbi multi populi ꝯueniunt ipſius ſuffragia poſtulātes ⁊ meritꝪ ſ. Adalberti ꝯſolationē accipiētes

☞ Lectio ij

QUidam aūt Prutenus q̄ ⁊ linguaꝫ Polonicaꝫ nouerat hic pōtificem hoſpitio ſuſceperat: ⁊ in fide ab eo inſtructus chriſto crediderat. Monetᷣ diuinitus p angelū: vt ſacra membra ſic diſpſa/diligenter colligeret: vt nihil de ipſis deperiret ⁊ mūde recōdita reuerentiſſime conſeruaret. At ille celeſti iuſſioni obediens: ſtudioſe pagebat opus ſibi imparatū cum reuerentia ⁊ timore. Verum cū ſingula fruſta ſolerter coherētibus artubus adaptaret: vnius manus digitum deeſſe deprehēdit. queꝫ quidā ex pfidis abſciſuꝫ ꝓpter anulum eo abſtracto in flumine ꝓiecerat. Nunc itaqꝫ ſollicitus pluribus diebus pquirens minime repiebat. Vnde vxor admirata ſup hoc virum interrogat: quidnam foret: q̄d tam anxius curſitans pqnireret. Qui primo reuelare noluit: tandē tedio victus ex improbitate coniugis ſecretū ei reuelat. que mox vt pote infidelis infidelibus ꝓdidit vi

cinis qualiter apud virū ſuū reliquie ſacre recōdite haberent. cuius ꝓ
dicionis quia vir ſuus auctor fuerat: illico os eius inuerſuʒ eſt mōſtru-
oſe vt vix cibū ⁊ potū ſumeret: ſed nullatenus loqui poſſet Lectio iij

Pagani vero ex iuditio mulieris in virū impetu facto multis eum verberibus afficiūt: ac in vincula coniectū: varijs affligūt ſupplicijs vt ſanctas reliquias eis mōſtraret. qui ſupplicijs coactus vbi haberet recondita indicauit. Tradunt igit̃ tam ſancta membra ꝓfanis manibus aſportanda: que tamē diſpoſitiōe ſupna reuerent̃ ipſi Barbari cuſtodierūt: diuino flagello ſi non facerent percuti formidantes: ⁊ chriſtianis ea vendere cogitantes. Illi vero qui digittū ſancti pontificis in piſcis ventre inuenerant: naʒ in aquā ꝓiectus a piſce fuerat deuoratus: quē ad inſtar candele de ventre piſcis radiantē excepant properanter (vt legit̃) illos apud quos verāda mēbra eſſe nouerant adierunt. Omneſcꝫ artus ſacri corporis ipſius ſicut digittū lumine celeſti conſpiciūt radiare. Ad quod taʒ grande miraculū tota villa ꝯfluens ⁊ ſtupens corpus btm̄ tanto clarificatū ꝓdigio reuerenter ꝯſeruabāt. Eſt etiam vſcꝫ hodie villa in eodē loco vbi ante fuerat: de qua Barbari confluen̄ in loco ꝓpe villā ſ. Adalbertū occiderūt. ¶ Lectio iiij

Sed ⁊ aliud mirū accidit: nā quidā prutenus ex pomerauia cauſa quorūdaʒ negociorū in Sambiaʒ aduenit: vbi ab incolis beatus martir Adalbertus martiriū cōſumauit ⁊ cum ab adiacētibus cognouiſſet ꝙ ignotū quēdaʒ cuius linguaʒ nō intelligebant occidiſſent: ſpiritu diuino inſtigante vt veritatē cognoſceret ad locū paſſiōis ꝑuenit. Repiens igit̃ capud ſcti Adalberti audiuit illud ſibi dicere manifeſte. Tolle me ⁊ defer in Poloniaʒ in ciuitateʒ que vocat̃ Gneʒna. ⁊ ſi vſcꝫ illuc te mūde ſeruaueris me deferēs venerāter gloria ⁊ diuicijs tu ⁊ poſteri tui ſublimabimini ſup veſtros coetaneos vniuerſos. ſi vero incōtinentia vel alia indecentia pollueris viam tuam gn̄atio tua vltra non ꝓficiet in melius nec decreſcet in deterius: ſed mediocri modo cū paribus veſtris ſimiles ꝑſiſtetis. Gentilis ille verbis iſtis ſtupefactus: caput ſanctū accepit in vaſeqꝫ decenti imponēs ⁊ reuerēter ſecū portans verſus Poloniaʒ ꝓficiſcebat̃ exhilaratus. ¶ Lectio v.

Cvm aūt ꝓpe domū ſuā ꝑueniſſet cepit cogitatio pulſare animū eius de videndis pueris ſuis ⁊ duabus vxoribus quas habebat

victus huiuſmodi affectione caput venerandū cū vaſe in quodã cōcauo quercu ꝓdens: domū ad ſuos pree it cū volūtate reuertēdi quanto citius. Mandati itaq; tranſgreſſor effectus cū rediens caput ſanctum requireret in loco vbi illud impoſuerat nō inuenit. In loco aūt illo vbi caput poſuerat in huius memoriā eccleſia edificata eſt. Cognatio vero hominis illius in ſucceſſu rerum temporaliū minime ꝓfecit. Credit aūt caput eius ſacrū: diuino miraculo ad priorē locum rediſſe ⁊ corpori adiunctū fuiſſe. Et quia Poloni a prutenis corpus argēto appenſum emerant. credunt illud ſimul cū capite emiſſe ⁊ totum corpus Poloniam apportaſſe. Item dū etiã ſanctus viueret ⁊ in Pomerania predicaret. puer de ponte in fluuiū cecidit: ⁊ poſt quinq; dies inuentus ⁊ ad ſanctū apportatus eſt. quē ſanctus Adalbertus facta oratiōe reſuſcitauit ⁊ ſanū parētibus reſtituit. ¶ Lectio vi.

SEncientes Pruteni martiris glorioſi Adalberti reliquias principi Polonie Boleſlao Chabri precioſas exiſtere. Nuncios mittunt ad eū dicentes. Deum tuū Adalbertū qui ꝑ nos interfectus eſt. intelleximus te diligere in tantū vt etiam bellū contra nos mouere deliberes ſi tibi redditus non fuerit. Armis ipſum obtinere nō poteris. ignoto tibi ⁊ tuis conditū loco. argento opus eſt non bello. dare tibi illud ꝓmittimus. ſi quantū argenti vel pecunie appenderit ꝓmiſeris te ſoluturū. Tam ſupba Prutenorū legatiōe Boleſlaus princeps audita vt facilius corpus ſacrū ab eis habere poſſet. cōmotionē ire in ſe animoſe cōprimens. modeſta reſpōſione ꝓmittit poſtulatū argentū ſe oblaturū. Mittunt ꝑ ipſum eccleſiaſtici ⁊ militares viri in pruſſiã: argentū ꝑ ducē liberaliter datū deportantes. Quibus aduenientibus primores prutenorū corpus ſanctū nimio fragrans odore ꝓferunt. ⁊ a Polonis cognitū apud vrbē Romoue Prutenorū metropolim in ſtatera locatū: argento etiam in oppoſita parte poſito: diuina operante virtute tam leue pōdus habuit: vt quaſi nihil argenti appenderet. Polonis ſtupentibus Pruthenis admirātibus ⁊ indignātibus. Poloni corpus ſacrum in capſam decentiſſime ornatã imponentes argentum reaccipiunt: ⁊ corpus ſancti Adalberti ſecū ferentes in Poloniam cum gaudio reuertunt.

¶ Lectio vij.

SUmma reuerētia ⁊ honore corpus ſancti Adalberti nuncij Po

lonorum ſolemniter in Poloniam deferebant exultantibus polonis ⁊ turmatim cū cereis accenſis: ſancto corpori occurrētibus. Dū aūt Boleſlaus polonorū dux denūciantibus nuncijs cognouiſſet: qualiť corpus btm̄ modicū imo pene nullū cauſaſſet pondus in ſtatera: ⁊ ꝙ iam intra limites regni eſſet allatū: vehementi gaudio repletus in laudem ſaluatoris qui ſibi ⁊ Polonis tanta bn̄ficia preſtitiſſet prorupit. Deinde vicinioribus pōtificibus eccleſiaſticis quoqꝫ ⁊ ſecularibus viris accerſitis. cum innumeroſa multitudine omniū ſtatuum ⁊ ordinum. obuiam ſancto corpori ꝓceſſit: ⁊ humi ꝓſtratus cum clero ⁊ populo deū laudando humiliter ſuſcepit. ⁊ illud in cenobio Tremeſno ordinis canonicorum regulariū beati auguſtini decenter collocauit: Ubi etiam hoſpes ille cui reatus ſuus os intorſerat: adueniens ad ſepulchrū ſancti Adalberti meritis ipſius loquelā ⁊ ſanitatē obtinuit. ⁊ ad finem vite ibidem ꝑmanſit. Uerum modici temporis interuallo elapſo: volēs ſancti Adalberti corpus amplius honorare cōgregata magna pontificum eccleſiaſticorū ⁊ ſeculariū virorū multitudine. corpus ſacrū ex Tremeſna in ciuitatē Gneznā tūc florentē cū magna ſolennitate xiij. Kalēdas nouembris deduxit. ⁊ in eccľia metropolitana Gnezneñ vbi aliquāto tēpore archiepūs fuerat honorifice collocauit. Cepit aūt ſctūs Adalbertus multis clarere miracľis. ⁊ languores varios deuotorū ſuorū meritis ſuis curare. ꝓpter qđ non ſolū ex Polonia verū ex Ungaria ⁊ Germania ꝯcurrebant plurimi: meritis ſancti Adalberti in ſuis neceſſitatibus conſolati. ¶ Lectio viij

OTto deniqꝫ tercius imparator Romanorū: qui ſanctū Adalbertum in hūanis agentē in ſalutaribus inſtructorē ⁊ ſemꝑ amantiſſimum habuerat: in grauem egritudinem Rome exiſtens decidit. Et medicorū iudicio ſpe ſalutis iam deſtitutus fuerat In extermis igitur poſitus: apľos alioſqꝫ patronos vrbis ſupplex inuocabat. Sed cū nullum ſentiret ſibi adeſſe auxiliū. ad beati Adalberti cuius iam preclara miracula cognouerat patrociniū flagitandū ſe ꝯuertit. Uotūqꝫ vouit ꝙ ſi eū liberaret: limina ipſius in ꝓpria perſona viſitare vellet. Mirabilis deus: vix verba finierat: ⁊ ecce ſubito ſanus factus eſt. Et ſtatim papam adijt: miraculū ⁊ votum patefecit. Et papa gaudens: deū in ſancto Adalberto bn̄dixit. Dū ergo imꝑator ꝓ explendo voto

Poloniã aduenisset: princeps polonorũ Boleſlaus Chabri: in limi tibus polonie cũ inumeroſa multitudine militũ impatori occurrens magnifice ipſum ſuſcepit ⁊ oĩbus neceſſarijs oĩes puidit copioſe. Inſup impatorẽ in Gneznã pedeſter tranſeuntẽ: p viam quã ipſe Boleſlaus diuerſorũ colorũ pannis ſterni iuſſerat ad tumbam ſancti Adalberti aſſociat. Quo pueniens imparator ſe pſternens: deo ⁊ ſancto Adalberto gratias egit dona obtulit. ⁊ p aliquot dies ibidẽ deuotus pmanſit. Tandem impator habito prius ſup hoc cũ ſuis baronibus maturo conſilio. principem polonorũ Boleſlaũ Chabri p archiepũ Gneznenſẽ Gaudentiũ ⁊ alios epiſcopos: in regem Polonie inungi mandauit. ⁊ diadema ex capite ſuo detrahens: ipſius capiti imponit ⁊ a ſubiectione impatoris ipſum: ⁊ ſuos ſucceſſores Polonorũ reges ppetuo libertauit. Occaſione ergo venerationis ſancti Adalberti: polonia regalem dignitatem adepta eſt. ☞ Lectio ix. R

FActa etiam fuerat alia tranſlatio corporis ſancti Adalberti in eadem eccleſia Gneznẽ. Naz tempore quo Kazimirus poſtea rex Polonie exulabat ⁊ in monaſterio degebat. Bretiſlaus Bohemorũ dux violẽta manu intrans Poloniã vaſtabat: ⁊ Vratiſlauia Poznania igne conflagratis: metropolim polonorum Gneznẽ feſtinabat. Quo aduenieus modicaqꝫ preda in ciuitate inuenta horrenda crudelitate ad predandã eccleſiam ſancte Marie metropolitanã Gneznẽ. prophanus princeps diuertit. In primo autẽ eius ingreſſu ipſe cum ſuis mox cecatus eſt. ⁊ lithargico morbo tactus cõſoporatus eſt per triduũ. Sub illo triduo preſbiteri eccleſie qui ſuperant: multis metu diffugientibus eſtimantes Bohemos corpus ſancti Adalberti p eos ſi inuenirẽt ſublaturos. De loco ſepulcri corpus ſancti Adalberti tollunt. ⁊ in loco inopinabili ſub terra cõfoſſum recondũt: duobus tantum conſcijs. Poſt triduũ libertati ſue reſtituti. Seuero pragẽ epiſcopo inſtigante eccl'iam libere ingreſſi: preſbiteros cruciatibus ⁊ promiſſis ſolicitant: vt vbi ſit corpus ſancti Adalberti oſtendaut. At illi corpus beati Gaudentij Bohemis oſtendũt: ⁊ illud ſancti Adalberti corpus eſſe menciũt. Quod illi gaudenter accipientes in caſtra deferentes Pragam apportant. Et diuino iudicio factum eſt. Vt quem viuentem habere recuſauerant. Etiam defuncti corpus nõ haberent.

# De ſancto Adalberto

Corpus vero ſancti Adalberti vſq3 ad tēpora Boleſlai Polonie ducis dicti Kriuouſti in loco illo per 122 annos iacuit ⁊ latuit. donec p dominum Jacobum archiepiſcopum Gneznenſem. habito patrum ſue dyoceſis conſilio ad priſtinum ſepulchri locum repoſitum fuerat. Ubi per merita ipſius ſuis deuotis diuina exuberant beneficia. Per chriſtum ſaluatorem noſtrum qui regnat in ſecula.


¶ Impreſſum Cracouie: opa ⁊ impenſis
puidi viri dñi Joannis Haller
ciuis Cracouieñ. Anno
17. ſupra mille=
ſimūquin=
genteſi
mū.


¶ FINIS

Biblioteka Śląska
220066
I
XVI
CIMELIA
MF